



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

383. De S. Matthia. Perimus, quia volumus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Martyrib. Iapon. Soc. Iesu. 677

Chrysoſtom. ſicut corpus dicimus beatum
quod poteſt ſine ſui offenſione ferre frigus,
calores, inopiam, &c. Sic beata eſt anima, que
viriliter fert, quidquid moleſtum acciderit.
Iſta ille Hom. 1. ad pop. & 6.

Conf. 3. Crucis varietatem; eſt publica
in bello; privata cuiuſque; mala nocenti, ſed
piè toleranti bona ob cauſam bonam, men-
te bonâ, gratiâque divinitus datâ, tolerata.
A Deo, a dæmone, *ſi mortuus eſt diabolus, mor-
tui ſunt perſecutores*, ait S. Auguſtin. in Pf. 117.
Ab homine. Conculcavit me homo. Pfal. 55.
A ſe ipſo, infelix ego in corpore, in anima.
Eſt crux, quæ me invenit; eſt crux inventa,
dolorem inveni. Haſ omnes bene fert, quæ
patienter, hilariter, conſtanter, gratè tulerit.
Sic fecerunt hodierni martyres. Crux me-
lior eſt parata a Deo, quàm ſponte electa.
Ipla eſt lignum vitæ, & ut ait Richardus à
S. Laurentio de Laud. B. Virg. cap. 12. *Li-
gnum vitæ Chriſtus Dominus, qui viventes
efficit Sacramenti ſui participatione.*

MEDITATIO CCCLXXXIII.

De S. Matthia.

Perimus, quia volumus.

Videbo, quomodo in arcano Dei conſilio
æterno lata ſit ſententia de unoquoque,
ſed præviſo ſine vitæ promulganda mi hi, &

FF 3 omni

omnibus, nec mutabilis, & quidem, si à morte deprehendar in crimine fatali, quia verò crimen voluntarium fuit, perditio erit ex me. Petam agnoscere, quanta habeam à Deo auxilia salutis, & ijs cooperari.

Conf. 1. Quanta Deus beneficia conferat peccatori. 1. Patientissimè eum sustinet, & ad multa ejus flagitia multis annis silet. 2. Benignissimè vocat peccatores, Concionibus, exemplis Bonorum, inspirationibus, terroribus, prosperis & adversis, si revertantur misericordissimè admittit. 3. Si iterum vel milles à se per peccatum fugiant, millies vocat, nunquam redeunt, quin admittantur, nec unquam expelluntur. 4. Dat illis omnia necessaria auxilia, ut convertantur, & salvi fiant. 5. Si aliquid boni faciunt, non despicit, non contemnit, sed ex eo occasionem invitandi, & convertendi eos sumit. 6. Temporalia illis non negat, imò sæpe honoribus, divitijs & voluptatibus eos cumulat. 7. Post vitam vitiosè actam multos eorum in morte salvat, & efficacissimis auxilijs è laqueis diaboli educit. Verum itaque est illud S. August. Epist. 105. *Quibus Deus misericordiam non impertit, ne impertiatur, merentur.*

Conf. 2. Visa tanta hominis ingratitude quàm justè malos puniat Deus; odit enim omne vitium, & amat virtutem, nullamve

fine

sine præmio relinquit, sicut nullum malum impunitum, cum furore & iudicio culpam & pœnam æquitate metiens, ut quantum quis in delicijs fuit, tantum recipiat tormenti, & quæ mali converterunt ad iniquitatum instrumentum, Deus convertit ad pœnæ cumulum. Corpore deliquerunt, corpore comburentur: Intellectum ad temporalia converterunt, intellectu & conscientiam accusabuntur, tempus in peccato consumpserunt, in æternum punientur. Adeoque efficit, ut iustitiæ suæ serviant ad pœnam, qui voluerunt subesse ad culpam, ex me igitur erit perditio mea. Cum ea sint dona Dei, quæ docent ingenitam regiam, imò divinam liberalitatem, ego verò pro ingenita mihi rusticitate, hæc aliter non suscipio, quam sicut decet vilissimum depravatores. Deprecabor Deum meum Eucharisticum, **JESUM** carbonem ignitum, ut det gratiam gratitudinis pleniorum, præsertim, cum dignitas immaculati corporis ejus mereatur, ut præstantes ad gratiam redeant, etsi damnandi sint. uti dixit S. Gertrudi lib. 3. cap. 9.

MARTIVS.

MEDITATIO CCCLXXXIV.

De S. Josepho.

De facili ad summam sanctitatem via.

FE 4

Aspi-